



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primo p[ro] via[m] reuocatio[n]is.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Sermo De passiōe dñi

Primus igitur est peccatorum destructio. Quia perfectus peccata destruit et exterminat affectuosa dominice passionis meditatione. Hec est utique medicina purgativa peccatorum ac preseruativa. Et hoc precipue facit tripliciter.

Primo per viam reuocatiōis.

Secundo per viam oppositiōis.

Tertio per viam remissionis.

Primo igitur meditatio passionis destruit peccata per viam reuocatiōnis. Reuocat enim peccatores oberrantes ut peccata sua relinquētes ad dominum reuertantur. Unde dominus clamat. *Esa. xliij.* Reuertere ad me quoniam redemi te. *Chrius* utique de carne sua: sacro suo sanguine rhybucata: fecit reclamatoriū ad reuocandās aues venatiōis que de manu nobilis euolarūt. i. anias peccatrices que ab ipso nobilissimo domino recesserūt. *Dece. ix.* *Efraim* quasi auis euola uite que nimis impiguarē si non redeant nec per voce reclamantis: nec per reclamatorio ostēdētis dimittit eas diabolo. *Pro verb. j.* Vocauī vos et renuistis etc. seqt. *Ego* que in interitu vestro ridebo etc. *Lō* sidera itaque deuore christi passiōe o peccator: ut sic a peccatis valeas reuocari. Unde ad reuocatiōem peccatorum ponit crucifixus in medio ecclesie ut oēs considerēt christum brachijis extēsis in cruce pendentē quasi volētē oēs ad se trahere et amplecti. *Joā. xij.* *Ego* si exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad me ipsum. *Harrat Vin.* in speculo moral. lib. j. pte. iij. que quidā seholaris *Cariss.* euz vicio carnis multū eēt dedit? et perastinaret penitētiam facere et vitam corrigere: quada nocte apparuit ei dominus in ea forma qua crucifixus est: ostēdēs ei vulnera sua: cruetā dicit que hinc per peccata suis ptulerat et eoz patrices: retinuerat ad coruos maxime. i. perastinatores penite faciēde aduocandos. Ille igitur ad hanc visionē motus: religione intrauit et vitam in bono consumauit.

Secundo peccata destruit passiōis meditatio per viam oppositiōis: quia in passiōe sua ostēdit dominus virtutes oppositas quibuscuque peccatis. Reducuntur quippe oīa peccatorum genera ad tres principales radices: videlicet ad concupiscentiā carnis: ad concupiscentiā oculorum seu auariciā: et ad superbiam vite.

Juxta illud. j. Jo. ij. Quod est in mundo autem est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite. In passiōe autem sua dominus sustinuit extremam corporis afflictionem: concupiscentiā carnis: extremam humilitatem: et superbiam. *Jo. de dñs Thren. iij.* Recordare paupertatis mee et transgressiōis siue transmigrationis. i. vilificatiōis: absinthij et felis. i. amaritudinis. *Q*uam miserrime igitur peccator: si bene mediteris dominicam passiōem: inuenies te inimicū atque aduersariū crucis et passiōis christi. *Phil. iij.* Nunc autem fles deo inimicos crucis christi.

Tertio per viam remissionis.

Valeret autem christi passio ad peccati remissionem tripliciter. **P**rimo ratione ipsius penalis satisfactiōis quā pro nobis patiēdo sustinuit. *Esa. liij.* Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit. *Et Apoc. j.* Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. *Et Heb. ix.* Sanguis christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo emundabit conscientiam ab operibus mortuis. **S**ecundo ratione interiois cōpassiōis: que se habet vt causa meritois remissionis penę. *Tim. ij.* Si cōpatimur et regnabimus. In figura huius dicitur. *Regū. v.* Lavare septies in iordane. Per septē ablutiōes iordanis naaman leprosus mundatur a lepra: quia per septē effusiōes sanguinis christi vicia in circūfusiōe: sudore: flagellatiōe: spinarū punctiōe: manū affixiōe: et pedum cōclauatiōe: atque lateris apertione: peccatorum a peccatis oībus emundat. *Cū* te sentis ab aliquo vicio impugnari: meditare christi sanguinē pro te fusum: si vis ab imundicia liberari. **T**ertio ratione exterioris imitatiōis que se habet vt causa satisfactiōis penę debite. *Pe. ij.* *Chrius* passus est pro nobis vobis relinquēs exemplū vt sequamini vestigia eius. Per itaque quoniam dominice passiōis meditatio valē ad destructiōem omnis peccati.

Secundus fructus est animarū fortificatio.

Et hinc precipue tripliciter.

Primo ad primum animam.

Secundo ad obseruandā patientiā.

Tertio ad obtinendā victoriā.